

SECTIO XIII.

DE

FORMVLA IVLEPI.

§. 580.

Iulapium, Iulepus recentiorum, est mixtura dilutissima, fere diaphana, ex sapore, odore, colore iucundioribus conflata §. 293.

Quid sit iulepus recentiorum.

§. 581.

Veterum iulepi a recentiorum iulepis ratione consentientiae et praeparationis differunt. Illi enim syrupi formam exhibent, et mediante coctione praeparantur, ut iulepus rosarum, violarum; hi autem sunt tenues et per simplicem fiunt mixtionem.

De differentia iulepi recentiorum a iulepo veterum.

§. 582.

Quoniam iulepi frequentissime loco potus ordinarii, scopo reficiendi et aestum temperandi, vel loco grati vehiculi, quocum alia ingerenda sunt medicamenta, usurpantur, eas ob causas qualitatibus sensibilibus praediti esse debent iucundis, et maxime in iis desideratur tenuitas, claritas, sapor reficiens, ex dulci acidus aliusue non iniucundus, odor suavis vel nullus, color gratus, rubellus inprimis, vel nullus.

Scholion.

§. 583.

Cum iulepus recentiorum sit mixtura dilutissima, fere diaphana, ex sapore odore, colore iucundioribus conflata §. 580. omnia ista, quae commixta mixturam constituunt maxime dilu-

Quanam ingredientium vice in iulepo

fungi
possint.

dilutam, fere diaphanam, ex sapore, odore, colore gratam, iulepi materiam praebere, adeoque ingredientium vice in eo fungi possunt §. 8 Et sic e contrario patet, quae nam ingredientium locum in iulepo sustinere nequeant.

§. 584.

De exci-
pienti-
bus et ex-
cipien-
dis in iu-
lepo.

Si qua ingredientia, ex quibus iulepus ad recentiorum mentem est praeparandus, per se in debitam iulepi formam redigi nequeunt, ipsis, quae largiuntur legitimam iulepi formam, sunt addenda. Haec audiunt *excipientia*, illa vero *excipienda*.

§. 585.

Excipi-
entia iu-
lepi de-
bent esse
fluida, co-
lore, odo-
re, sapo-
re grato
vel nullo
praedita.

Cum forma iulepi sit fluida §. 580. et excipientia iulepi sint ea, quae aliis in iulepi formam redigendis inseruiunt §. 584. excipientia iulepi debent esse fluida. Et quoniam porro in iulepo saporis, odoris et coloris gratia requiritur, fluida ista, quae vicem excipientium sustinent, sapore, odore, colore iucundo, vel, si hoc obtineri nequit, nullo potius, quam iniucundo, praedita esse debent.

§. 586.

Quaenam
fluida ex-
cipienti-
um vice
in iulepo
fungi
possint.

Quoniam excipientia iulepi debent esse fluida, odore, sapore, colore grato, vel si id fieri nequit, nullo potius, quam iniucundo, praedita §. 585, omnia fluida, quae his gaudent qualitatibus, excipientium vice in iulepo fungi possunt.

§. 587.

§. 587.

Talia sunt 1) aqua simplex, 2) destillata vel iners, vt acetosae, borraginis, buglossi, endiuiae, lactucae, etc quibus tamen aqua simplex praefenda esse videtur, quoniam saepissime destillationem sapiunt; vel sapore et odore leni suavior, vt aqua cinnamomi, rosarum, melissae, citri, cerasorum nigrorum, etc. 3) infusa aquea iucundiora, promte parabilia, vt florum rosarum, violarum, tunicae, bellidis, pomorum citreorum, conseruarum similium, etc. 4) decocta similia diluta, vt hordei, radicis scorzonerae, cichorei, cornu cervi, tamarindorum, citri, etc. 5) vina plus minusue acidula, vt Rhenanum, Mosellanum, quae scopo analeptico sunt aptiora, 6) phlegma vitrioli dilutius et aliqua ex recensitis coniuncta.

§. 588.

Excipiendorum vicem in iulepo sustinere possunt 1) aquae destillatae magis aromaticae, florum et corticum pomorum aurantiorum et citreorum, cinnamomi, pulegii, maioranae, rorismarini, interdum vinum, quae, quoniam etiam loco excipientium vsurpari possunt, vt excipientia secundaria considerari possunt; 2) succi fructuum horaeorum dulces, acidi, recentes, e. g. citri, aurantiorum, cerasorum acidorum, berberum, ribium, rubi idaei, etc. 3) syrapi varii, praefereim qualitatibus in sensum incurrentibus iucundis praediti, rubri,

ab

Recen-
sentur,
quoniam
excipi-
entium
vice in
iulepo
fungi
possint.

Quoniam
excipien-
dorum
vicem su-
stinere
possint
in iule-
po.

ab acido rubentes, vel coloris expertes, e succis fructuum horaeorum parati, vel alii, vt syrupus acetositatis citri, cinnamomi, cydoniorum, rubi idaei, etc. Huc pertinent etiam brodia conditurarum, iulepi officinales, oxymella, oxysacchara 4) rob et gelatinae e fructuum succis, quae in liquore dissoluntur, 5) tindurae acido - aquosae rubrae, v. g. florum bellidis, aquilegiae, rosarum, violarum, essentiae spirituosae suauissimae, vt essentia corticum citri, aurantiorum, cinnamomi, etc. spiritus vegetabilium iucundi, vt rosarum, lauendulae, melissae, cinnamomi, balsamus embryonum, spiritus acidi vegetabiles vel fossiles, vt acetum vini destillatum, spiritus salis, nitri, sinceri vel dulcificati, vitrioli, clyffus antimonii, 6) saccharum vel simplex album, vel arte cum aliis non iniucundis in rotulas, tabulas, elaeosacchara, etc. redactum.

§. 589.

Num salia, pulverulenta, conservae excipiendorum vicem sustinere possint?

Inter salia, quae excipiendorum loco in iulepo adhiberi possunt, sunt nitrum, sal prunellae, polychrestum, reliquis vero nullus hic locus est. Pulverulenta non solubilia raro, crassiora nunquam excipiendorum vice funguntur, interdum tamen non ingrata, saporis et odoris expertia, minus ponderosa, subtilissime trita, praecipue terrestria, absorbentia, vt mater perlarum, cornu cerui, corallia,

rallia, etc. eorum loco vsurpantur; sed ab eo-
rum vsu abstinendum est, si acida iulepum
ingrediantur. Conseruæ hic vix, nisi pro
parando infuso, vsurpantur.

§. 590.

Quod ad ingredientium proportionem in De pro-
iulepo praeparando attinet, haec obseruari portione
solet, vt capiantur ingredi-
entium

Ad excipientis, vt aquae	℥ I. vel ⅔ XII. iulepi.
Succorum	⅓ II. — III.
Rarum acido-aquosarum	⅓ I. — ⅓.
Spirituosorum, vt Rarum, essentiarum et spirituum	⅓ II. — VI.
Syruporum, iuleporum, alio- rumque §. 588. No. 3. 4.	⅓ II. — III.
Aceti destillati	⅓ I. — ⅓.
Puluerum	⅓ I. — II.
Sacchari	⅓ I. — ⅓.
	vel q. s. ad gratiam.
Salium	⅓. — I.
Spiritus acidi mineralis pro varia eiusdem puritate	⅓ — ⅓ I.

§. 591.

Haec quidem, quam indicaui §. 590, in Pro-
gredientium in iulepo proportio ordinaria est tio in-
et plerumque locum habet; sed multae eaeque gredien-
variae in casibus singularibus conditiones eam tium in
iulepo
ita

non constanter obtinet. ita variant, vt non constanter obseruetur, et multis obnoxia sit exceptionibus. Sic si iulepus, qui solidorum et fluidorum motum auget, est praeparandus, vini et spirituosorum proportio multum augetur, ita, vt vinum interdum basin constituat.

§. 592.

Quanam
circa iu-
lepi iu-
cundita-
tem sint
obser-
vanda.

Si pulueres, roob, gelatinae et id genus alia maiori reliquis adduntur proportionē, debitam iulapii consistentiam peruertunt, et salia eam ob causam in minori recipiuntur copia, ne iniucunditatem creent. Acidum fossile copiosius austeritatem producit. Sed eo maxime simul est respiciendum, ne nimia peccetur suauitate. Dulcibus hinc vel acidis in iulepo non est abutendum, nec in specie sacchari additione opus est, si eum saccharata, vti syrupi, [conseruae, roob, sat copiose ingrediuntur.

§. 593.

De ordi-
ne, quo
iulepi in-
gredientia
sche-
dulae sint
in-
scri-
benda.

Ordo, quo ingredientia iulepi in scheda scribuntur, ita se habet, vt excipiens liquidum praemittatur, et huic excipienda subiungantur; interdum tamen excipiens ultimo ponitur loco, quod, quamuis arbitrium sit, minus conuenit, si infusum vel decoctum magistrale eius vicem explet.

§. 594.

De dosi
et quan-
titate ge-

Iulepi dosi determinatur vel pondere, ad vnciam vnam vel tres, vel volumine, vt ad

ad cyathum pro adultis, vel cochlear vnum pro nerali
 infantibus. Saepe, inprimis si sitis maxim. iulepi.
 opere vrget, loco potus ordinarii adhibetur,
 et tunc eum non vno et grandiori, sed par-
 ciori et repetito haustu ingerere consultum
 est. Eius quantitas generalis pro circumstan-
 tiis in casu singulari obuiis variat. Interdum
 ad libram dimidiam, integram, duas vel tres
 solet praescribi.

§. 595.

De subscriptione et signatura formulae De ex-
 iulepi praeter ea, quae saepius iam sunt me- emplis
 morata, nihil amplius, quod moneam, ha- formula-
 beo, et de vsu iulepi sat plura in superiori- rum iu-
 bus dicta sunt. Conuerto me igitur ad spe- lepi.
 cimina formularum, quae sunt

I. Iulepi roborantes et calefacientes.

1.

R ζ . ▽ meliss. Turc.cinnam. c. vino aa $\overline{\text{Ziij}}$.ess. cort. citr. $\text{Zi}\overline{\text{ss}}$.nitr. dulc. $\text{Zi}\overline{\text{ss}}$.fyr. cinnamom. $\text{Zi}\overline{\text{ss}}$.

M. f. Iulapium.

(Pars II. de form. in specie.) Bb 2. R ζ .

2.

Rx. ▽ ceras. nigr.
 meliss.
 rosar.
 lil. conuall.
 citri aa $\overline{\text{ʒj}}$.
 spiritus rosar.
 ess. cinnam. aa ʒj .
 syr. + sitat. citr. $\overline{\text{ʒj}}$.
 matr. perlar. ppt. ʒj .
 M. f. iulapium.

3.

Rx. vini Rhenan. opt.
 ▽ purae simpl. aa $\overline{\text{ʒiij}}$.
 syrup. + sitat. citr. $\overline{\text{ʒiij}}$.
 M. f. iulapium.

4.

Rx. vin. alb. generos. $\overline{\text{ʒiv}}$.
 ▽ meliss.
 cinnam. cydon. aa $\overline{\text{ʒij}}$.
 sacchar. canar. q. s. ad gratiam
 ol. cinnamom. gutt. VI.
 M. f. iulapium.

II. lu-

II. Iulepi analeptici et refrigerantes.

1.

Rx. ▽ ceras. nigr.
 lil. conuall.
 meliss.
 cinnam. f. vin. aa ℥j.
 Rae pap. rhoead. ℥ij.
 nitr. dulc. vel
 liquor. anodyn. gutt. XXX.
 syr. rub. idaei ℥j.

M. f. iulepus.

2.

Rx. Dec. C. C. cum rad. scorzon. ℥℥.
 succi citri ℥j.
 iulep. rosar. ℥i℥.
 tinct. flor. bellid. ℥iij.

M. f. iulapium.

3.

Rx. ▽ fontan. ℥℥.
 succ citri ℥ij.
 syrup. ribium ℥iv.
 nitr. purif. ℥ij.
 R. flor. bellid. ℥℥.

M. f. iulepus.

Bb 2

4. Rx,

4.

Rx. decoct. tamarind. ℥I,
succ. ceras. acid.

citri

berber. aa ʒj.

syrup. cinnam ʒiij.

℞ nitr. dulc. ʒj.

M. f. iulapium.

5.

Rx. ∇ simplic. ℥I.

syrup. + sit. citri

rub. idaei

berber. aa ʒj.

℞ li q. f. ad gratum
acorem.

M. f. iulapium.

III. Iulepus refrigerans.

1.

Rx. ∇ fontan. ℥I.

succ. citri

syr. + sitat. citri aa ʒij.

℞ pap. errat. ʒss.

nitr. depur. ʒj.

facch. q. f. ad gratiam.

M. f. iulepus,

2. Rx.

2.

℞. ▽ ceras. nigr.

fragor.

acetos.

lactuc. aa ʒiʒ.

succ. citri ʒij.

roob ribium vel

syr. + sitat citri ʒʒ.

℞. flor. bellid. ʒʒ.

nit. dulc. q. s. ad gratum acorem.

M. f. iulepus.

IV. Iulepus anodynus et hypnoticus.

℞. ▽ lactuc.

pap. rhoad. aa ʒiiij.

flor. nymph. alb.

ceras. nigr.

Syr. de nymph.

pap. rhoad. aa ʒj.

liqu anod. min. ʒʒ.

M. f. iulepus.

Bb 3

SECTIO